



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel**

**Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt VII. Ibidem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

*fratru defunctor. & litigatur contra emancipationem, quia non emancipator, sed alius in iudicio adfuerat. Et in l. servo manumisso, § 8. ff. de condit. indeb. servus, qui accipit pecuniam, non obstante regula textus in d. l. post mortem, l. cas, C. de transact. in iudicio repetitur, quia non ipse, sed affertor liberatus litigabat, ex l. 1. C. de assert. vol. l. 1. C. de heredis liberal. caus. Accedit, quia in presenti casu propter publicam Ecclesie utilitatem poterat, qui privilegium concessit, contra factum proprium venire, ex l. 1. C. de predis minor. l. qui inde, C. de agricolis, lib. II. Nec obstat augmen-*

*tum ipsius dubitandi rationis, nam in presenti specie non agitur de puniendo absente ex justa causa, & non residente; quia tunc non erat locus alicui poenae, argumento legis Gracchiae, 4. C. ad leg. Jul. de adul. sed de revocando absente, ut non obstante privilegio sibi concessio, in propria Ecclesia resideat: quare non per privationem beneficii, ut alii sine justa causa & contumaciter absentes, juxta textum in cap. 2. cap. qualiter, cap. inter, cap. ex tua, hoc est, est revocandus, sed potius per subtractionem proventuum, & aliis juris remediis, argumento textus in cap. 1. de iudiciis, cum vulgatis.*

## CAPVT VII.

(a) Idem.

Clericos in Ecclesia tuae jurisdictionis, beneficia, quae residentiam exigunt, affectuos, si ad alterius diocesim absque licentia tua morandi causa transferint, liceat tibi, si moniti non redierint, dictis beneficiis (nisi excusationem rationabiliter ostenderit) spoliare.

NOTÆ.

to rescribat in presenti decretali non constat, eam tamen exposui in cap. 2. cap. ex tua, supra hoc tit.

[Dem.] Gregorius IX. videlicet: cui Præla-



## TITULUS V.

De Præbendis, &amp; Dignitatibus.

## CAPVT I.

Ex Concilio (a) Pictaviensi.

Ut nullus de Clero, sive populo (b) ecclesiastica bona (c) jure consanguinitatis sibi requirat habenda.

NOTÆ.

(b) Ecclesiastica bona.] Cum veteres glossatores, & classici repetentes adhuc textum, Concilio ipso Triburiensi, & ejus canonibus caruisent, ex conjecturis tantum veram sententiam hujus textus inquirentes, in varias divisi fuerunt sententias. Glossa verbo *jure sanguinis*, & Holtiensis *hic*, quos sequitur Quintanadvennas *dict. 2. p. n. 9.* existimantur bonorum ecclesiasticorum nomine in presenti intelligi ea bona, quae Ecclesia temporalis dominio habet, & alienari prohibentur in c. non liceat 12. *quast. 2. cap. nulli, 5. de rebus Eccles.* in quibus propter nimiam haeredum Prælatorum Ecclesie avaritiam, qui prætextu terum patrimonialium defuncti, bona etiam Ecclesie occupabant, hoc diserto canone opus fuit; et si jam non ita expressè id cautum esset in cap. manifesta, 20. cap. sunt manifesta 21. 12. *quast. 1. cap. sacerdoti, 1. cap. presbyter 3. 12. quast. 4.* Sed hæc sententia aperte convincitur ex rubro, sub quo præfens textus, tam in prima, quam in hæc

2.

(a) Pictaviensi.] Ita etiam legitur in cap. 1. hoc tit. in 1. collect. ubi additur pars capituli decreti, ut etiam habetur in cap. 2. de cohabit. cleric. sed præfentem canonem non repetiri in Concilio Pictaviensi, notarunt Ant. Augustin. in presenti, Quintanadvennas *Ecclesiast. lib. 2. n. 1.* sed inter canones hujus Concilii editos à Baronio tom. 12. anno 1100. num. 19. Severino tom. 3. Concil. p. 1. Corjolah in *Summa Concil. fol. 489.* referuntur hæc verba, prout in presenti referuntur: & quia primus canon ipsius Concilii incipit, *decrevit sancta Synodus*, ideo in dicta prima collectione in epigrapha hujus textus, & dicti capituli 2. de cohabit. adjicitur pars capituli decreti, quasi in eis referantur partes ipsius canonis 1. Historiam hujus Concilii jam dedi in c. 1. de atat. & qualis, cap. 1. de filis presby. ubi alii canones ipsius Concilii referuntur.

D. D. Gual. in Decretal. Tom. III. Pars I.